



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Homo Christianus In Sua Lege Institutus. Sive Discursus Morales

Qvibus Totvm Hominis Christiani Officivm Explicatvr; Quidque is fugere,
quid agere debeat, quàm exactiſimè traditur

Segneri, Paolo

Augustæ Vindellicorum ; Dilingæ, 1695

Discursus XIX. De Præcepto Correctionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45964](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45964)

verò mentis intueamini. Et hinc non ait Psalmista: *Beatus qui videt: sed beatus qui intelligit*; scilicet, qui intelligit eum, qui est *supra* Pauperem; Deum inquam, qui hunc charitatis actum precipit: intelligit eum, qui est intra Pauperem, Christum scilicet, qui ut sibi datum recipit, quod alijs sui amore impenditur; intelligit id, quod est *circa* Pauperem; Divinam Providentiam, quæ Pauperem ad divitem mittit, ut per hunc actum Dives salvus fiat, Pauper verò vivat & sustentetur.

Psal. 108. Affuit à dextera Pauperis. Qui hæc ita intelligit, beatus est, & quidem

non tantum secundum vitæ præsentis conditionem, sed longè magis secundum futuræ; quia *in die mala liberabit eum Dominus. Dies mala dies mortis est, quis nescit? cur timebo in die male?* Et tali die, quæ ita absolute mala dicta est, quia plerisque mortalium mala est, tam docilis *intelligens* liberabitur à tot malis, quot sunt, quæ diem illam ultimam malè conclusam merent. *Beatus, qui intelligit super Egenum & Pauperem: in die mala liberabit eum Dominus.*

DISCURSUS XIX.

De Præcepto Correctionis.

Inter omnia præcepta à Christo in Evangelio tradita nullum videtur observatum minus difficile, quam quod de correctione delinquentium nobis impossibile: *si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum.* Quis enim ignorat, quam cavillatrix & critica sit hominum indoles ad dijudicanda aliorum opera? Nullus est locus, quo non funestum iudicij sui tribunal erigat: sine testium examine, sine utriusque partis auditu rationibus, sine ullo iudicij usitato processu autumat, sententiam se ferre posse de quibusvis cū omni securitate; & in quosvis hoc sibi jus arrogat, & arrogatum exercet cum

assiduitate, ut S. Joannes Chrysostomus non vereatur dicere, Homines in hoc iudicandi negotio tantum non omnem suam vitam consumere. *Adl. 1. de condemnandos ceteros, omne vita no. Comstra tempus absumimus.* Quapropter puni superledere penitus possem omni de hoc præcepto Discursu, ac supponere, frano potius, quam calcari opus fore, si de aliorum vita, ac vitæ erroribus corrigendis agendum videatur. Neque tamen ita se res habet; si enim veritati adstipulari volumus, fateri necessum habemus, rabiosis canibus hac parte nos esse similes. Os habemus, quo mordeamus, non quo allatremus. Si de malo detractionibus agendo agitur, toti lingua sumus ad naevos proximi carpentos: at si de malo sua-

Matth. 18. 15.

SEIGNERJ
MO CRISTIANUS

vi correctione emendando agitur, pice magis muti sumus: tunc enim nulla nos ratione in aliorum factaingere volumus: tunc fati nobis nobiscum negotij esse profitemur: tunc nolumus implicari tricis, quæ ad nos non pertinent. Bene est, contentus sum, nolo vestris humeris majus onus imponatis, quam vos attingat. Ostendam proinde, quid à vobis hoc correctionis præceptum exigat. Totum Discursum in partes duas dispartiam: in prima exponam præceptum errantes corrigendi; in altera methodum docebo, quæ præceptum hoc utiliter ac fructuosè adimplere valeatis.

I.
II. Qui ex officio alios regit, obligatur etiam, quos regit, corrigere. Navarchus, qui navigium vi muneris sui ad portum dirigere tenetur, nunquid non obligatur ad rectam semitam & iter illud reducere, quando aut aquarum impetu, aut ventorum vi ab illo declinavit? Quis hoc neget? Et hanc ob causam isto correctionis præcepto ante alios tenentur summi Animarum Pastores, Parochi, Confessarii, Patresfamilias, & quicumque aliquam in alios superioritatem exercent temporalem, aut spiritualem. Propterea Deus vehementissimè per Prophetam Ezechielem de illis animarum rectoribus conquestus est, qui solummodo redivitibus à suo grege collectis se pascendo, de cetero nullam sibi commissorum curam habebant; non sanabant infirmos, non reducebant errantes; non quærebant, quod in sylva aberrando propè perierat.

Va pastoribus Israël! quod agrotum factum non sanasti, quod abiectum non redixisti, & quod perierat, non quaesivisti. Vocem hanc, Væ! à Dei ore egrestam, instar tonitruum esse cogitate, quod æternam nostram damnationem præcedat, ô Sacerdotes, si Ecclesiam patriarchales occupemus ut Curati, si Sacramenta administremus ut Confessarii, animas interim curæ nostræ credimus æterno exitio exponamus, dum pigros aperite ad ijs opportunè subveniendum. Ex quo inferre licebit, quantum ijs desipiant, qui vellent, ut Sacerdos ne ex suggestu quidem in communia, aut pro Sacro Tribunali in particularia unquam scelera inveheretur. Quod dum volunt, nihil aliud petunt, quam ut Sacerdotes pro ipsorum peccatis Infernum subeant; ipsi autem interea voluptatibus indulgeant; crumenas & cupiditatem alienis bonis expleant; concupiscentias in aliorum carnibus restinguant, Linguam in aliorum famam exerant; Sacerdotes verò pro ipsis, aut cum ipsis plectantur, tanquam suo silentio criminum facti participes, licet voluptatum, quas ex vitijs suis perceperunt, omnino exsortes. Custodi virum istum, ait Dominus ad omnes Ecclesiarum Rectores, custodi virum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima illius. Curam habe subditorum istorum, quos tibi committo, quorum si quis tuâ culpâ perierit, nôsse te velim, pares te cum illo pœnis subiturum. Et quàm id jure ac merito! Si cum pastor altum dormit, ovium grex damnus inferat agris vestris, quid

quid agitis? ad tribunal pastorem trahitis, dicitisquæ: Tu es, qui damnum intulisti, tu restitue. Et tamen pastor dormiebat, nec malum ipse ullum inferebat. Verùm ipso suo somno fat mali inferebat, ipsaque suâ socordiâ, quâ malum potuit ab agris avertere, satis se fecit reum. Ita planè etiam se res habet in casu nostro. Scandala illa, quæ nos non corrigemus, nobis imputabuntur, quia tacuimus; scelerisque à Deo majoris arguemur propter peccata vestra, quæ corrigere debebamus; quàm vos ipsi, qui commistis, non correcti. Sed de his facis; quia hac ratione mihi potius, quàm vobis prædicarem.

III. Dicam equidem, quòd fors eadem maneat omnes Patres, Matresque, qui nullam aut exiguam in filiis suis admonendis curam adhibent, ut illorum filij non esse videri possent.

Dirantur ad filios suos quasi non sint sui.

In Sacra Pagina de Parentibus hujusmodi loquitur, & utitur similitudine notæ avis, Scythionis, quæ ova quidem parit, sed incubando nunquam excludit, reliquarum more volucrum; solum arenâ cooperit, & quasi officij sui partes expleret, sorti illa committit. His forsan magna Christianorum Parentum pars admodum similis est, qui cum filium genuerint, de ejusdem educatione exiguam portò rationem habent, sed omnem suam curam ac sollicitudinem eò convertunt, ut terrâ cooperiant; anxie illi de commodis, ac pecunijs prospiciant, atque illius negotia promoveant, haud aliter ac si corpus sine anima circumferret.

Dirantur ad filios suos, quasi non sint

sui. Alijs insuper ex causis non paucos ejusmodi Parentes stolidæ huic avi conferrem. Sicut enim hæc tam valido pollet stomacho, ut ferrum digerat; ita pari ratione illi tam forti stomacho valent, ut gravissima quævis ac exitialia scandala longissimo tempore in suis familijs nullo sensu tolerant ac dissimulent. Villa quidam Dominus puellæ rusticæ amoribus capitur, domum, quâ puella agit, frequenter in coarctio villicæ puellæ patre, alloquitur blandè, vestit bellè, donat liberaliter, honesto locare matrimonio pollicetur. Non fugiunt ista patrem, tacet hic, atque filiam suam esse bene moratam, nihil ab illa mali timendum. Et hoc totum scelesti illius commodi & lucri gratiâ, ne aut domo illâ, quæ mali hujus pessimus nidus est, deturberetur, aut filia donis illis, quibus amicitia pessima fovetur, privetur. Fidem abrogatis? sed ignoratis, piscem, dum hiantibus faucibus escam capit, hamo tandem tenerit? Quæ vobis causa persuadet, idè tam beneficum herum vestrum esse, ut donare vobis velit, quod suum est, dum nonnunquam in rationibus subducendis non dubitavit vobis subtrahere, quod vestrum est? Fiditis pudicitia filia vestra? an nescitis, cibus, & blanditijs etiam Tigrides cicurari? nempe auro omnium metallorum rubigo abstergitur; hoc nimirum etiam vos elingues facit; hinc non excandescitis, filiam vestrâ non objurgatis, vestem ipsi donatam, non dilaceratis, & in ejus oculis in mille frustra discerpitis.

IV. Verùm hi ratiore sunt casus: illud

SEGNERI
MO CHRISTIANUS

illud magis mihi dolet, quòd in dies singulos evenire cernimus; scilicet, quòd matres ita conniveant filiabus, dum sero vespere sub foribus consistunt, quando in sylvis, in agris, in castris solæ cum solis repetiuntur: ut jam silentio prætereant maledictum illum morem, & nullis satis declamationibus prosciendum, quo toto anno in seram noctem vigiliæ extrahuntur, Juvenesque puellis ad latus assident, sine verecundia, inter risus, colloquia & omnis generis jocos tempus exigunt. Præcis temporibus, quibus fidei Catholicæ beneficio Idololatria non profcripta erat, Patres nonnulli ac Matres filios suos ad statuam ejusdem Dei sui adducere solebant, eique offerre. Ritus illius consecrationis erat ejusmodi. Circumposito igne statua inprimis ignescere cogebatur; & cum candens omnino effecta esset, in illius gremium teneri illi infantuli conjiciebantur. Ne tamen clamoribus suis Parentum viscera commoverent, mos fuit, tubas inflare, tympana pulsare, & instrumentis musicis omnis generis personare, nequa usquam alia vox allabaretur. Non abs re dixerit, qui morem istum nostris etiam adhuc temporibus vigere asseruerit; nisi quòd tunc temporis concremarentur corpora inter candentis Idoli brachia; nunc autem vivere desinant animæ; cum interea omnia domi festis clamoribus personent, cantentur, saltentur, ita ut Patres Matresque ad præsentissimam suorum stragem adolecentularum nullâ penitus commiseratione moveantur. O Pa-

*Plus. de
Superst.*

rentes Christiani quid agitis? Si vestrarum vos prolium non tangit misericordia, vestri saltem ipsorum tangat. An non intelligitis, quantum causa vestra aggravetur, quandoquidem omnium excessuum, quos impedire possitis, nec impeditis, gravissimum Deo rationem estis reddituri? Quare igitur non evigilatis? quare non increpatis? cur domo non expellitis hospites, qui aliud nihil, quam infamiam familijs vestris inferunt? Nulli unquam experientia docuit, Animulam quamquam quidquam emolumentum ex hac conversandi libertate copisse; quotidie autem videmus, quamplurimas pudicitia, pietatis & salutis jacturam incurrisse. An interim Parentum ullus tam erit barbarus, ut post innumeras experientias, quibus docetur, hujusmodi conventicula, & promiscuam inter se agendi licentiam Juventuti summè noxia esse, nihilominus aut ex timore, ne impediendis hisce corruptelis singulari habeatur, aut ex stupiditate, quæ consilium inde promanaturum non apprehendit, induci non possit, ut linguam solvat, os aperiat ad mala non dicam possibilia, sed præsentia conventienti aliquo remedio avertenda?

V. Dixi, præsentia: perquam enim facile contingit, ut filia vestra, quantumcumque vobis simplices ac innocentes videantur, oculos tamen ad malitiam longè habeant magis apertos, quam vobis imaginemini. Quod si ita esset, ut facile esse potest, cogitate non nihil, quæ vobis, quamque stricta sit ratio reddenda, quòd tantam ipsi occa-

occasione suppeditetis, quâ peiores evadant inter Juvenum alloquia & sermones sine teste toleratos? Qui à cane rabioso aliquando morsum tulit, hujusmodi morsus damnus & virulentiam nunquam magis, quàm in similiter morforum præsentia sentit. Quantum igitur crescit malicia femina, quæ vitio ipsa infecta, cum simili vitiorum hominum genere adeo agit familiariter? Sed tribuamus vobis, honorique vestro tantum, ac credamus; filias vestras omnino innocentes esse: creditis, quòd in sua ista innocentia post tantam sibi concessam libertatem perseveratura sint? nimis quàm difficile est, ut quis ovis serpentis diu incubet, & serpentes tandem non excludat. Sola illa locordia, quâ parentes periculum bene cognitum amoliri negligunt, stygio Veteratori animos facit oppugnationem tentandi. *Ascendam ad terram absque muro, veniam ad quiescentes, habitantesque ferent.* Hac ratione animatur lupus infemalis ad eas domos perumpendas, in quibus parentes filiorum suorum consilii bonitate obdormiscunt. Domos apertas, terram absque muro, domos januaram expertes, *velles est porta non sunt eis*, quia diu noctuque toti patet vicinia sub titulo moris jam introducti, vivendi hilariter. Pejus est, quòd si filij vestri voluptatis escam semel degustaverint, fieri possit, ut nunquam posthac in omnem vitam dimittant. *Superior pars edificij cedit inferiori*, ait lex. Qui inferiorum conclavum est Dominus, etiam superiorum esse Dominus contignationum supponit. *R. P. Segneri Christi. Instr. Tom. I.*

nitur. Si vitium primis adolescentiæ annis se insinuat, mihi credite, diffi- culter impeditum iri, ne in ultimam etiam serpat senectutem. Quapropter eò magis convenit, ut in filiorum educationem Parentes sint oculati, & quòd evenire potest, etiamsi deinde non eveniat, suspicientur, seque clamando, objurgando ac castigando faciant, quantum possunt formidabiles. Quæ illa patrum fæx est, qui toto die præcul domo ad nundinas & mercatum abeunt, vendunt & emunt, quin ullam unquam cogitationem ad suos reflectant, in eorum actiones inquirant, quid loquantur, quibuscum ver- sentur, in quas domos maximè diver- tant, quibus sese laboribus impende- re consuecant? Omnis alia cura filiorum educationi posthabenda esset, cum contra prorsus filiorum educatio inter ultimas, quandoque inter nullas habeatur. Apes, ait Albertus Magnus, toto illo tempore, quo prolem edu- cant, non millificant, cum tam n alio quovis tempore totæ sint in mel- le elaborando. *Apes eo tempore, quo l. 3. de re nutriunt pullos, nihil operantur, sed tan- tummodo curam habent eorum.* Et hoc est verè patrem esse. Sed ad alia tran- seamus: adeo enim res ista mihi dolet, & animum commovet, ut ad finem nunquam pertingerem, si quæ vellent omnia hac in materia exponerem.

VI. Hactenus de primo hominum illorum, qui ad corrigendos alios ob- ligantur, genere locuti sumus, nimi- rum de Superioribus: hi tamen non sunt soli. Altero enim loco omnes etiam alij Christiani ad id ipsum tencen-

SEGNERI
MO CHRISTIANUS

L. 1. m. 1.
2. 11. 3.
6. 7.

tur. Dico altero loco; siquidem Superiores obstringuntur ex Justitia, cum subditi tantummodo ex charitate teneantur. Nihilominus obligatio isthæc tam ex lege naturali, quam Divina oritur, uti ex pluribus Sacre Scripturæ locis manifestum fit: nam geminis in locis per S. Paulum, & quaternis per Ecclesiasticum contestatur Deus, & ore proprio in Evangelio Christus exponit. Dei igitur præceptum est, quo jubemur errantes corrigere; lex etiam naturalis est tam Dei honorem spectando, quam ipsius proximi nostri utilitatem. Arguere non minus quam sapienter dixit Tertullianus: *In publica injuria naturali jure omnis homo miles est*, & ut talis arma corrumpere obligatur, quibus honorem Principis tueatur. Quod si igitur de Dei honore agitur, omnes omnino Christiani in censum militum veniunt, ut Deum defendant, & omnes, qui eum offendunt, corrigant. Id quod etiam in ordine ad utilitatem proximi dici debet: *Unicuique Deus mandavit de proximo suo*. Nemo sibi persuadeat, quod sibi uni vivat: omnibus incumbit, ut aliorum quoque rationem habeant, eosque ad bene vivendum perducant. Hæc omnino cura vestra est, hæc ad vos attinet, de hac severam omnino ac strictam rationem reddetis. Voluit enim Deus omnes Christianos ceu membra in unum corpus colligare; & ideo sicut lingua sentit, ac paritur, cum pes vulneratur; ita vult, ut nos quoque dolorem percipiamus, quandocunque animarum quarumvis interitum

spectamus; imò & remedium exquiramus, eo ferme modo, quo manus leproso pedi opitulatur. Quæ etiam causa est, quare nonnunquam Deus unius hominis peccatis, inductus integram familiam plectat; quandoque totam etiam Nationem & Provinciam; ut omnes communi aliqua sollicitudine caveant; ne quis peccet; & si non moveantur ad corrigendum alterum amore proximi, moveantur amore sui. Ita discurret S. Augustinus, & commo-
monstrat, quomodo Deus iuste propter unius militis inobedientiam in obsidione Jerichuntis adeo seve-
puniverit totum exercitum. Ubi etiam rationem proflus ingeniosam ad-
jungit, quæ quasi à fortiori nostrum intentum ostendit, estque sequens. Dicitis, ait: rem omnino gravissimam videri & insolitam, eadem poenitentiam ac peccatorem involvi. Sicut sed, ait Sanctus Doctor, ostendit mihi iustos hos. Multum deinde bini in his inveniendis: utrum multi innocentes videantur, & culæ, à Deo universali quadam poena pun-
ta, minime Rei, utpote quam rever-
non commiserunt; innocentes tamen non sunt, dum sæpe neglexerunt illos corrigere, qui scelus commiserunt. Exemplum ejus rei sit. Communis opinio est, quod Deus tempestatem in segetes immittat in poenam blasphemiarum, ita ut Imperator Justinianus propter hanc ipsam causam exilii severissimam legem tulerit in blasphemos, tanquam reos mille calamitatum tam privatarum, quam universalium, quæ per tempestatem inferrentur.

Quomodo igitur aliorum agri tempestatibus subiacent, ac puniuntur illa pena, quæ solis videtur blasphemis deberi? Nimirum etsi ipsi in blasphemias non proruperint, omisere tamen blasphemos pro viribus persequi, & linguas illas, cum in Deum acuerentur, compescere. Non blasphemavit Pater, sed filios blasphemantes toleravit; & is ipse, qui quasi funditus evertere domum videbatur, casu quo vitrum in partes ibat, mutus erat, ac lingua uti prorsus destitutus, cum Dei nomen Sacrosanctum ab impio in Deum filio profectum vindicandum fuisset.

Refert Platarchus, quod cum certam quandam gentem contagiosa valde lues depopularetur, Empedocles magni nominis Philosophus consilium suggererit, ut locis nonnullis magnæ quædam cavernæ obstruerentur, ex quibus aura corrupta, pestis causa transpirabat. Obstruite igitur & vos facilegis has fauces, ex quibus pestifer inferni halitus transpirat, & pœna, quæ affligimini, illico cessabit. Quia verò apertas relinquitis, dolere postmodum nolite tanquam innocentes, quales non estis, dum ejusdem vos culpa reos constituitis tacendo, ac qui eam ipso opere perpetravit.

VII. Nihilominus principale ac præcipuum motivum nostrum, quo ad corripiendos delinquentes incitemur, non nostrum, sed proximi nostri debet esse commodum, *lucratu es fratrem tuum*. Id quod etiam principale motivum fuit Servatori nostro, propter quod præceptum hoc nobis impositum; cum voluit, ut, quemadmo-

dum non obstante illâ Dei providentiâ, quæ pauperum necessitatibus prospicit, divites tamen particulari aliquo præcepto Eleemosynæ constringerentur, quo pauperibus subvenire essent obligati; ita non obstante illâ Dei providentiâ, quæ interius peccatores corrigit, Christiani tenerentur particulari aliqua obligatione fraternæ admonitionis, quæ ob id ipsum à S. Thoma ad speciem Eleemosynæ re-

*S. Thom.
2. 2. q. 33.
ar. 1.*

ducitur, ed nobilioris, quod non corpus, sed animam tanto præstantiorem concernit: *Corripere delinquentem est quedam Eleemosyna spiritualis.* Ex quo manifestè apparet, quod correctio proximi, quæ modo Eleemosyna spiritualis dicta est, non sit meri consilij, sed præcepti; sicut consilij non est, proximo in extrema necessitate constituto Eleemosynam corporalem largiri: unde etiam, sicut qui huic obligationi non pareat, gravi se crimine obstringit, ita qui alteram non implet, graviter delinquit.

VIII. Verùm quia præcepta affirmativa in certis tantum circumstantijs, & non semper obligant, necessarium præterea est, ut, quænam illæ certæ circumstantiæ sint, ostendam: has majoris claritatis gratiâ ad duo capita reducam, scilicet ad peccatum, & peccatorem, quod & ad memoriam erit facilius, & ad mandati observationem. Quod attinet peccatum, debet id esse grave, quod Christus illis verbis significat: *Lucratu es fratrem tuum*; *Serm. 18. de verb. Dom.* quia ut observat S. Augustinus, nemo animam illam lucrabitur, quæ nunquam fuit perdita. *Quid est, lucratus est*

Ll 2

REGNERI
MO CRISTIANUS

tata invehi ausing. Et quamvis neminem lateat, quam putida ac fetida illa sint ob turpe illud commercium, quod diu noctuque cum Amalijis illarum domos frequentantibus protrahunt; nolunt tamen à quoquam dici, quod omnes vident. Væ illi, qui unam aliquam illarum Meretricem diceret. Tantum abest, ut videri velint prolapsæ in turpitudinis sentinam, ut ne labi quidem posse credi velint. Objurgant, convitia jaciunt, omne malum committunt, ipsis etiam Confessarijs, qui illas non secus ac alias illico non volunt absolvere; quia & Parochijs, nisi consentiant S. Communionem publicè præbita affectam illarum innocentiam confirmare. Quis igitur hoc hominum genus perversum corrigat? Sinite stare. Cænosæ plaudes sunt, quæ quò magis moventur & agitantur, eò factorum magis abominandum exhalant.

X. Necessarium tamen est, duas hinc regulæ exceptiones adjungere, easque magis omnino momenti. Prima est, non debere facillè animum desponderi, omnemque spem fructus S. Thom. abjici. Sæpe fera, quæ non illico ad 2. 2. q. 33. ictum concidit, in nemus redit, ibi 4. 2. ad 2. vitam ex vulnere positura. Ita ille, qui hodie correptus non emendatur, forsitan paulò post, die altero, aut mense se emendabit. Non desinent vitia, ajebat Seneca ad nostrum propositum, sed intermittunt: fortasse autem desinent, si intermittendi consuetudinem fecerint. Si peccare non cessat, non peccabit saltem ita protervè,

quod ipsum dispositionis cujusdam signum est ad peccatum omnino desinendum. Novi equidem, Cacodæmonem, quamvis sæpius rejectum, non omni tamen spe excidere vobis potundi, sed vires identidem ac animos etiam, cum victus fuerit, resumere ac vos impetere. Quare igitur vos è diverso animum illico abjicitis, cum ad primam correptionem vestram delinquens non respicit? resumite adhortationes amicas, quis scit, an non ad repetitas monitiones lucrum reportetis? Nonne id ipsum in agris vestris & arvis quotidie tentatis? hi si hoc anno votis vestris copiosa messe non responderint, non ideo tamen anno subsequente otiosi deseruntur & sine semine inculti, donec post varia experimenta dum intelligatis, omnem operam perdi. Deinde, sicut Divini verbi Præco non est Auctor illius fructus, qui refertur ab Auditoribus, sed Deus, qui Gratia suæ voce interiore verba concionantis exteriora reddit efficacia, & animas suaviter commovert ad agendam poenitentiam; ita lingua, quæ delinquentem corripit, emendatio tribuenda non est, sed auxilio Dei, qui per medium hoc externum occasionem accipit, quæ gratiam suam erranti applicet, & ad emendationem illum permoveat: *Corripere, Hom. ut profit, Dei est*: ait S. Joannes Chrysostomus. Unde qui tam citò despondit de fructu ex correctione sua faciendo, ipsum videtur Deum arguere vellet, quasi verbis eam vim indere non valeret, quæ corda delinquentium penetrare possit. *Omnibus debemus*

SEGNERJ
no Christianus

est te, nisi quia perieras, nisi lucraretur te? Deinde debet esse tale peccatum, quod possit repeti; alioquin, cum peccator in id scelus reincidere non potest, correctione opus non habet. Notat hoc Ecclesiasticus, cum ait:

Ecl. 29. corripe proximum tuum, ne forte iteret.

24.

Deinde debet esse peccatum valde manifestum; & hoc iterum patet ex modo loquendi: *si peccaverit in te*, quod idem est ac: *si peccaverit coram te*: hoc est cum quadam ratione scandali, aut infamiae. Neque enim vult DEUS, ut in aliorum facta inquiramus, sed nobis ipsis attendamus: non ingredieris

Deuter. domum eius, sed stabis foris, ait in Deuteronomio, atque ideo non permittebat in Lege veteri, ut, qui debitum suum exigerat, domum ingrederetur

24. 11.

debitoris, sed foris expectaret; ut in sinuaret nobis, ait Rupertus, quoddam, qui iterum corrigit, non debeat defectus proximi curiosè explorare, sed illa tantum emendare, quae foris in oculos incurrit. Quod ipsum clarissimè DEUS in proverbij docuit:

Prov. 1. 1.

6. 31.

S. Thom.

2. 2. 9. 33.

4. 2. ad 4.

Prov. 24. ne quaras impietatem in domo Iusti, neque vases requiem ejus.

IX. Quod verò peccatorem concernit, duae potissimum sunt delinquentium species, quas oportet non corrigi. Prima eorum est, quos jam pernituit: etenim quem unquam Belli Ducum reperire est, qui tormentis muros quater perseveret post factam deditioem? Altera eorum est, qui è diametro prioribus opponuntur, & ita obstinati sunt, ut respicientia spem nullam faciant; sed potius in pejus animum obfirmant, adjungentes etiam

admonitioni contemptum, & odium quo monitorem perloquantur. Nolo arguere derisorem, ne oderit te. Ait sapiens: non quod odium illud absterrere te debeat ob aliquod malum temporale in te redundans, sed ob illud spirituale, quod in illummet derivatur. Et sic videmus, illos vituperari Medicos, qui in aegris omnino desperatis medicamenta tamen adhibere non omittunt; dum ex una parte artem medicam convitio exponunt, ex altera morbum aggravant, pro eo quod leviozem reddere deberent, interimque accelerant, quam remotioni oportet. Refert S. Augustinus, Serapide in Aegypto vivis erepto, Pupos illos decrevisse, eundem in veritatis contemptum pro DEO colere. Quare lege sanxerunt, ut morte laeretur quisquis cum mortuum affirmaret, consequens enim fuisset, cum communi aliorum sorte mortalem extinguisse. Hunc in finem è regione sepulchri illius DEUM silentijs depinxerunt, Harpocratem nomine, qui digito os premeret, quasi parte una veritatem confiteretur, ex altera spectatoribus imperaret; Tacete; & quamvis olla putrida, & tumulum funebrem videatis, nihilominus abstinete dicere, Serapidem fuisse mortuum, aut tanquam hominem mori potuisse. Nisi fallor splendide, id saepenumero etiam contingit in re nostra. Personae quaedam non nullius auctoritatis, & praesertim quaedam feminae, quae ceu dominae & pro potestate agunt, nescio quas illis minas intentant, qui os aperire, & in scandala in locis illis uti-

tata

S. Thom. fraternæ correctionis officium impendere, ait S. Thomas, *sub spe divini auxilij.*
a. 2. q. 33.
a. 2. ad 2.

Et hinc non est, quod timeatis pro correctione cruda verba & non expectata responsa audire; quia cum impetus passionis resederit, facile poterit contingere, ut, qui correptus est, iniquum suum agendi modum agnoscat, suamque obligationem eò majorem, quo major in vobis eluxit charitas, quâ vos exposuistis periculo malum pro

Prov. 28. bono recipiendi. *Qui corripit hominem, gratiam postea inveniet ad eum; magis quam ille, qui per linguam blandimenta decipit.* Quod si vobis in ipso correctionis actu gratias non referat, referet postea, & si aperte gratias non agat, intra cordis sui latebras ager occultè. Ebrius, qui rixâ meditatur, totus in vos excandescet, cum vi gladium è manibus extorseritis; at ubi vinum digessit, manum illam vestram osculabitur, quam dentibus discerpere volebat, eique benedicet, utpote quæ occasionem exercendi sceleris ademit.

XL. Altera limitatio contra veros Blasphemos est, qui tanquam omnium peccatorum pessimi, etiam cum non speratur emendatio & fructus, corripiti debent ac objugari, juxta præceptum Concilij Lateranensis, quod alio jam loco adduxi. Ratio hujus obligatio-

Cone. Later. sub Leone X. sess. 9. nis est, quia officium cujusque boni filij est, omni meliori ac possibili modo honorem patris refarcire, quem lingua maledicâ graviter audit profcindi. In tali casu, quando Blasphemia hæreticalis est, aut aliâs graviter in Deum injuriola oportet omnes Zelo exardescere, & animosa correctione. Dei ho-

norem defendere ac propugnare. Cum Rex Cræsus à Cyro fuit prælio victus, ipsa sua regia armis hostilibus fuit impetitus. Jamque militum quispitatum brachium levabat, fatalem in illum ictum vibraturus, cum filius Regis à nativitate mutus, quem fulgur gladij præsentem perstrinxerat, tanta pietate in patrem exarsit, ut paginam amoris, partim timore omnia linguæ vincula ruperit, ac exclamârit: *sisse, ne feriar;* & hoc tam laudando conatu linguæ usum indeptus est. O si scintilla ædentis amoris in cordibus vestris, Christiani, residua esset, qui fieri possot, ut Amantissimum Deum ac Patrem vestrum linguis impiorum, ceu gladijs acutissimis, feriri toleraretis? nunquam id concederetis, & quantum muti ac linguæ usu destituti modum tamen ac rationem inveniretis, sceleratas istas hominum linguas castigandi, & antequam impias voces totas proferrent, in medio veluti cursu eas sistere sciretis. Verùm quia ne una quidem in cordibus nostris veri in Deum amoris scintilla micat, ideo in faucibus nostris voces emoriuntur, & patientius gravissimas in Deum Blasphemias, & injurias audimus, quam levissima etiam in nos, aut nostros conjecta dicteria audiamus. Non nego, talem quandoque pusillanimitatem, quâ quis minus aptum se judicet ad blasphemantem corripendum, in casibus præsertim minus atrocibus, à lethali peccato excusari posse, si quis eâ præpeditus debitam correctionem omittat; maxime cum Superioris officio non fungitur, aut merito sibi per-

suado.

suadere potest, alios melius id officij obituros. Nolim tamen, levem quavis causam tanto apud animos vestros robore pollere, quanto tam ob Dei honorem, quam proximi vestri *l. c. d.* bonum, präditos esse deceret. Refert Plinius, quod, si Elephas in foveam cadat, illico omnes alij Elephantas ad auxilium ferendum prompti accurrant, & quidquid occurrit, fossæ injiciant, donec terrâ & arborum truncis eam expleant, & socium captivitate liberum prodire conspiciant. *Omni vi conantur extrahere.* An non igitur Christiana charitas tantum suggerat Fidelibus, quantum natura bestiarum rationis expertibus?

II.

XII. Restat nunc, ut post exploratas singulatim obligationis hujus partes ad modum transeamus, quo hactenus dicta utiliter executioni mandari possint. Facile nobis hoc accidet, si animam ad motiva, quæ in reddenda præcepti hujus ratione adduximus, advertimus. Inprimis igitur hoc animis vestris statuere; unicum Dei & hominum hostem esse peccatum; in hoc eum Deus implacabili odio ferat, illudque perpetuò impugnet, omnes nos milites scribit, ut contra monstrum hoc decertemus, illud oppetiamus, vincamus, & si tantum possumus obtinere, internectione deleamus. Ut adeo non solum Superiores, ut ex dictis patet, sive Ecclesiastici, sive seculares illi sint, nec soli Parentes, Verbi Divini Præcones, & Confessarii, sed omnes omnino Christiani ad bellanda hæc bella Domini

teneantur. Jam verò ad victoriam in bello referendam omnium opinio- ne duo sunt necessaria, Vires & Ars; neque enim Arte sola geruntur bella, dum multa animo simulacra & victoriarum ideæ statui possunt, quæ in opus nequeant deduci. Pugnate autem solis viribus, pugna stultorum est, quibus propria quandoque arma in damnum cedunt. Utrumque ergo conjungere oportet, Vires & Artem; his stabit securè victoria.

XIII. Quod ad Artem attinet, oportet eam in casu nostro esse maximam, dum vitium odio habere, non eum qui vitio laborat, necesse est, culpam plectere, non qui culpam commisit, debemus; itaque delinquentis animum curare, ut dexteritate nostra Chirurgum proximè amulemur, qui dum oculi vitio medetur, ita pupillæ velum detrahit, ut oculum ipsum non offendat. Vult igitur Ars ista, ut, qui corrigit, tempus ac locum correctioni opportunum attendat, simili penè ratione, ac Dux Belli bene peritus locum & tempus opportunum observat, cum decretoriâ pugnam discernere constituit. Advertite quæso, quomodo Christus modum belligerandi contra peccatum nos doceat. Inprimis de loco sic ait: *Corripe inter te & ipsum solum.* Non dicit, ut prius per compita, & omnes urbis officinas delicta publicentur, & sic peccata plurima committantur, quibus unum emendetur. Multò minus dicit, ut officium corrigentis in præsentia multorum assumas, sed omnino clam omnibus, inter te & ipsum corripio.

EGNERI
NO Christianus

Serm. 16.
de Verb.
Dom.

reptionem instituas jubet. *Studens correctioni*, juxta S. Augustinum, & *parcens pudori*. Ab artis suae benigne nato hortulano exemplum capite; hic, cum frondem trunco inserit, truncum non findit altius, quam frons requirat. Animam emendate, salvam tamen & integram famam. Tempus autem cupit Dominus id à nobis observari, quo delinquens ad correctionem à nobis accipiendam melius est dispositus. Et idcirco dixit: *vade & corripe*, ut intelligamus, non eo, quo deliquit, momento proximum esse corripiendum, sed expectandum, dum passione animi paululum defervescente, rationi locus sit, & tum correctioni insistendum. Et haec oportunitas eò magis observanda est, quò magis, qui corrigendus est, correctione opus habet. Experimur cibum, qui à sano sumitur tempore non suo, magnam alterationem non inducere; at cum extra tempus à febricitante accipitur, ipsam quandoque mortem accire. *Intempesivè canavit*, & *mortua est*: dixit Hippocrates, cum repente mortis agra cujusdam rationem assignavit. Prima correctio, quae in Mundo facta est, fuit illa, quae Deus Adamum corripuit: neque Deus illum post commissam statim delictum increpuit, sed tempus, quo ad se rediret, concessit; potuit suam nequitiam prius agnoscere, audire potuit acculantis conscientiae stimulos; scilicet ut exemplum nobis daret, quo dirigeremur, cum quemvis alium corripere & corrigere oportet.

XIV. Neque tamen sic tempus lo-

cumque observasse sufficit; longè enim adhuc magis requiritur, ut corripientis verba sint omnino blanda ac suavia. Unde Dominus non dicit: *increpa*, reprehende, sed *corripe*, admone. Profectò mordaces & asperae quorundam Confessoriorum & Patrum familias increpationes nihil aliud in delinquentibus efficiunt, quam quod cruda ac incuria manus in vitro purgando, quae dum vitrum abluunt, frangit. Non est iste corrigendi modus à Christo praeceptus, & à Christi imitatoribus haecenus observatus: *Corripit me justus in misericordia*. Charitas ista ac misericordia remedium affert: ferè sicut Sal, cum carum servat à putredine, ante liquefit, & sic dum interiora penetrat, finem obtinet, nunquam obtenturus, si integer in superficie persisteret. Si modum hunc insipiens Rex Roboam tenuisset, ex decem Israelitici populi tribubus novem non perdidisset; quia verò inconsultè maluit objurgare, & terrore subjectos, irritavit potius, quam dissidentes compefecerit. An non id ipsum propria experientia docet? Cum apes relicto alveari avolant, nunquid temperato quodam sono ad stationem suam repetendam à vobis alliciuntur, à qua tamen incondito quodam strepitu magis dispellerentur? id quod fortè sapiens indicare voluit, quando intempesivam & duram nimis correptionem mendacij nomine insignivit: *Correctio mendax*: talis scilicet, quae injurijs, irà, opprobrijs mixta non jam remedium, sed venenum praebet. Quis unquam vidit, ulcera

corrosivis coalescere? *Correctio mendax: non tantum proximo non medetur, sed vos etiam ipsos perdit.*

Et hoc velim maxime à parentibus observari, qui etiam cum volunt corrigere, nihil proficiunt: quam verò ob causam? geminam ob peccatum, quod in corrigendo committunt. Primum est quoddam partium stadium, quo inducti non omnes filios æqualiter ad pernam trahunt. Aquila tria parit ova, ait S. Basilus, duo tantum excludit, & ex his unicum tantum educat, & alit. Idem faciunt quandoque parentes. Si prolem geminam habuerint, masculam unam, femineam alteram, identidem puellam increpant, & filio, quamvis peiori, blandè ardent. Postmodum cum educant, ut filio pingue hæreditatem compareant, penam non habent, puellam cum modica dote dare marito, sub cuius iugo ingemiscat: aut domi suæ illam ut famulam utantur, nubendi facultate præcisa. Hoc planè est officio suo nimium quantum deesse. *In circuitu meo pueri mei*, dicebat S. Job, volebatque verbis istis omnes Patres Christianos admonere, quòd in medio filiorum suorum tanquam centum in circulo ipsos stare deceat: ita ut æquali ab omnibus spatio distent, nulli magis, quam alteri odioso partium studio admoveantur. Altera causa est, quòd non sciant suos corrigere cum amore; sed ut Leones in sylva de se vire in suos videntur, contra quam Deus veter. *Noli esse sicut Leo in domo tua, evertens domesticos tuos & opprimens subjectos tibi.* Hæc enim gubernandi ratio tyrannum, *R. P. Segneri Christ. Instr. Tom. 1.*

non patrem sonat, qui se non timeri sed odio haberi velit. Et quid quæso boni speratis ex intolerabili hoc rigore? Qui balsamum colligit, Arborem cultello ligneo, non ferreo scindit: secus enim nec balsamum obtinet, nec arborem servat: *emoritur protinus.*

XVI. Sed & Matres familias, & Coniuges multum hoc documento opus habent, quæ si semel de Maritis suis suspicionem conceperint, ætium est de pace domestica, & totius viciniae. Per omnes affinium ædes spargunt, quantum à Maritis suis patiantur; & qui eos defendere voluerint, haud secus ac ipsi Mariti tanquam Diaboli respiciuntur. Pessimum est, quòd huiusmodi familiarum ruinæ è solis quandoque suspicionum umbris proveniant. Sed seu verè illa, seu falsè sint, solum quæro ex vobis, an malo mederi vultis, an illud exasperare? hæc certè ratione augetis. Si remedium afferre cogitatis, prudenti illa animadversione vos uti velim, quam Abdemelech in eruendo ex cenosolacu Jeremia adhibuit. *Portexit Liberatores iste amantissimus funem, quo implicantem se Prophetam extraheret; cum fune tamen panniculos etiam projecit, quibus manus indueret, bene gnarus, fore alioquin, ut manus correpto fune in ascensu miserè lacerarentur.* Maritus vester in cenosolum hæc delapsus est: nunquid? & cæno infixus est gutture tenus, an non ita est? oportet itaque, ut succurratis, eumque vestra correctione sursum attollatis. *Infixus est in limo profundis: ne autem funis durus nimium sit,*

M m cha

SEGNERI
NO CHRISTIANUS

Psalm.
89, 10.

charitatem in corrigendo ceu panniculos a dhibere; aliàs enim bona vestra consilia nõ volent apprehendere, aut ijs, cum manus admoverit, offendetur. *Su-
per venit mansuetudo, & corripiemur.*

*de usu
part. c. 6.*

XVII. Hæc de Arte; cui tamen si Vires in confortium non jungantur, victoria de peccato referenda frustra speratur. Non sunt corrigendi delinquentes tanta lenitate, ut oleum vino non miscatur, tali scilicet austeritate, quæ lenitatem reddat efficacem. Manus, ait Galenus, non debebat tota ossibus constare, cum inhabilis fuisset ad quidquam apprehendendam: sed neque tota debebat esse carnea, quia, si tam mollis fuisset, nihil potuisset tenere. Multi contenti sunt, vocibus omnino melleis dixisse: *Filij estote probi, honoris curam gerite*, putantque se officio suo fecisse satis, ad eum ferè modum, quo Heli, dum nequissimis filijs suis correctionem adhibuit; *nolite facere rem hanc*. Plus peto. Media omnino lenia applicanda sunt, talia tamen, quibus finis obtineatur; secus enim lenitas in recordiam degenerat, & tunc præsertim cum docet experientia, lenitatem nil quidquam proficere. Prima vice, quæ Christus Dominus in Templo mercatû illum offendit, non nisi Templo exegit Locj Sacratissimi profanatores: cum verò animadvertit, hac illos ejectione non emendari, è funibus flagellum contexit, multòque cum vituperio ac verberibus adjectis è Domo Dei eiecit. Propterea Parentes, cum linguâ nihil proficiunt, manus in auxilium advocent, dummodo id fa-

ciant in tempore; serum enim erit consilium, cum canem annis gravem ferreis volent vinculis coercere. Et sic, cum pueri verbis non emendantur factis, quò minus ad iram concitati nomen Domini blasphement, colaphum ori infligite, & tum videbitis, num corrigantur. Et si filia vestra à fenestris & foribus simplici verborû commonitione non retrahitur, baculo tergam ac humeros pulsate, & velut periculo liberate. At quid cum gradioribus agendum, qui sustantium porrò non metuunt? Christum imitamini, & illis ejus verbis ad efficium compellite: *Si non laverote, non habebis partem mecum*. Domo eicie eos dicite, hæreditatis jacturam intente, & potiùs omne incommodum ac damnum vos subituros denunciate, quam imorigeros domi vestræ filios sustuleraturi. Sic facit, qui testitudinè chordas ad concordiam revocat; movult unam reliquis dissonam rumpere, quàm tolerare. Quod si non feceritis, officio vestro non facietis satis: cui etiam illi Confessarij desunt, quibus sufficit ad penitentes dicere, ut occasionem proximam tollant. Oportet quandoque etiam absolutionem negare, dum illam sustulerint; neque propterea timeant, fore ut Penitentes Confessarium traducant, scrupulosum, austerum ac difficilem proclament; forsitan enim non facient. Imò quemadmodum Imperator Theodosius confessus est, neminem se invenisse, qui nomen Episcopi meliori jure meretur, quàm S. Ambrosium, à quo

à quo invidiata proflus animi magnitudine correptus fuisset: *Solum Ambrosium Episcopum novi dignum eo nomine*; ita quisvis Penitens prudens palam fatebitur, solum illum Confessarium hoc nomine à se dignum haberi. Quod si autem non nemo male contentus abscedat, ac Confessarium inhumanum ac imprudentem appellet, quid faciendum? Etiam Propheta, quia officio suo in reprehendis male moratorum vitij fungebatur, litigioli nomen tulit, quique discordias ac jurgia ubique seminaret: *Virum rixe, virum discordia in universa terra*. Justorum hoc est proprium, pati propter Justitiam.

XVIII. Ad viam nunc redeamus; Efficacia ista, quam in Correctionis negotio hactenus vobis commendavi, primum oratione juvabitur, cum Deo fructu fueritis supplices, ut verbis vestris robur addat: neque enim admonitio externa quemquam corrigit, nisi Deus Gratiâ suâ eum prius intus correxerit: *Nemo potest corrigere, quem Dominus dispexerit*. Præterea bono exemplo plurimum juvabitur. Certè quare plerumque lingua nihil efficiat, causa est, quod sit monstrosa, hoc est, major ipsi manu. Si Mater jam vidua, & annis gravis libenter adhuc cum viris vestatur, & vestibus ornatur splendidis, quâ ratione Amores filiarum, ejusque vanitates improbat? filia enim ad facta potius, quam verba Matris animum convertet. Quando Jussu Solem stetit, cum stante Sole omnes etiam Stellæ constiterunt, utur nullo ad hoc imperio adstrictæ. Siquidem ad exem-

plum capitis familia per se componitur, & si majores in divinæ legis observatione constantes aspiciat, & ipsa facillè in eadem observanda confirmatur. Solis verbis parùm sanè proficitur. Hoc erat imperium, quo Apokolus Titum suum loqui volebat: *Loquere cum omni imperio*, atque hoc est, quod omnem vestram Correctionem reddet efficacem.

XIX. Quod si post tot præcepta quis esset, qui aut corrigentis officium detrectaret, aut Correctionem admittere recusaret, quid porro dicam? dicam illi, ut attendat, ne lingua, quæ à reprehensione pertinaciter abstinuit, post paululum in lamenta solvatur: *Vanihi, quia tacui*; tum potissimum, quando ad DEI tribunal adductus non de suis tantum, sed aliorum quoque delictis, quæ corrigendi officio prætermisso sua fecit, rationem reddet. Qui verò correctionis impatientem se ostendit, huic illud SS. Litterarum in memoriam revocabo; quod non peccator tantum, sed pestilens peccator sit, adeoque dignus, quem omnes fugiant ceu peste contactum. *Non amat pestilens enim, qui se corrigit*; nisi malimus dicere, illum peccato suo Caco-dæmoni assimilari, qui non peccator tantum, sed & incorrigibilis est: *Qui Ecclesie odit correctionem, vestigium est peccatoris*, hoc est, Diaboli, qui primus omnium in mundo peccator fuit. Est igitur ceu vestigium quoddam Diaboli, qui benevolæ Prædicatorum, Parentum aut Confessorum admonitioni repugnat; & quemadmodum vestigium simile est pedi, à quo impressum

M m 2 fuit,

SEGNERI
NO CRISTIANUS

fuit, ita hujusmodi malicia est similis malitiæ diabolicae, atque ideo si fixum est illi æternum perdi, non mutet viam; jam enim illam insistit; quæ certò ad infernum itur; eat, pergat. Si quis ita incedentem conspicatur, quid agat? ite finat, prohibendus à progres-

su non est, qui palàm se reprobum declarat. *Sit tibi*, ait Christus, *sicut Elicianus & Publicanus*. An erit aliquis, qui non timeat ruere in præcepti potius, quam dicentem audiat, quòd via, quam tener, ducat in præcipitia?

DISCURSUS XX.

De Moderatione Irae.

Maxima Chemicorum ars in temperando igne consistit, ut ne remissus nimium nihil operetur, aut nimium intensus destruat

potius, quod ea arte paratur, quàm illud ad perfectum excoquat. Credo ego idem de Christiana Morum Philosophia cum proportione dici posse. Maxima in usu ignis illius, quem irascibilis intra nos facultas accendit, ars sita est, ita ut animus in quotidianis eventibus nec nimium remissus, nec nimium etiam sit concitatus; *Irascimini & nolite peccare*. Mentis aliquem obtutum non dicam in publicos defectus, qui nostro judicio judicari non debent, sed in privatos desigite; quales in nullis non familijs quotidie occurrunt, & inventeris eos omnes oriri aut ex nimia indulgentia, & tolerantia; aut ex cujusvis levis etiam incommodi impatientia. Velenim parùm prudentis cujusdam dissimulationis cinere ardor ille obtegatur, qui corrigendis erratis debetur; vel in flammam odij prorumpere sinitur, aut indignationis lakem, & nimia austeritatis,

Idem postquam de opportuna correctione egimus, quæ prius illud potius genus, & ignavam tolerantiam commendat, res postulat, ut de ira modè da differamus, quæ alterum peccatum corrigit, præteritis diebus à nobis tantum indicatum.

II. Antiqui Stoici totum animum perferant sibi videbantur, si Iram omnem ex eo penitus evulsissent. Verum ea in persuasionem haud aliter fallitur, ac Medicus aliquis, qui ad persananda, quæ bilis copia infert mala, ab infirmo corpore omnem vellet bilem extrahere. Inprimis hoc fieri omnino nequit, & si te ipsa fieret, valentiam non tantum non repararet, sed eandem planè pessundaret. Scitis igitur oportet, non peti à vobis, ut convitia non sentiatis, ut nullo vituperio commoveamini, ut instar trunci immobiles ac insensibiles persistatis; hoc exigitur, ut non cæco statim impetu in vindictam abripiamini, bestiarum instar; nève nimia Ira, quæ ita universali quadam lue humanas mentes invadit, moderari negligatis. Dial, aded universali; quòd si enim totius Mundi statum, & veluti vultum curio-

*Psal. 4.
5.*

*Senec. l.
3. de Ira
c. 2.*

*S. Aug.
l. de civ.
ra. lxxv.
c. 2.*